

# The Liber Pharetrae Project

## Liber 3: De periculosis Caput 3.4: De peccatis linguae, de iactantia (6)

Bernardus, *de duodecim Gradibus*:

Monachus jactator,

aut loquetur, aut rumpetur.  
Plenus est enim sermonibus,  
et coarctat eum spiritus uteri sui:  
propterea sitit et allicit auditores,  
quibus suas jactet vanitates.

Sic monachus, inepta redundante laetitia,  
dum risu vel signis eam aperire non  
sufficit, in Heliu verba prorumpit:  
EN VENTER MEUS QUASI MUSTUM  
ABSQUE SPIRACULO, QUOD LAGUNCULAS  
NOVAS DIRUMPIT.

Aut loquetur ergo, aut rumpetur.  
Plenus est enim sermonibus,  
et coarctat eum spiritus uteri sui.  
Esurit et sitit auditores,  
quibus suas iactitet vanitates,  
quibus omne quod sentit effundat,  
quibus qualis et quantus sit innotescat.

Bernardus Claraeuallensis, *Liber de gradibus humilitatis et superbiae*, 41  
(SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.47-8, ll.23-25, 1-3).